



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vndecimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33333**

## VNDECIMO.

¶ Sunt nonnulli quibus videtur id ipsum ad Concilium generale referendum. Ego autem dico id minime faciendum. Habuimus enim multa concilia, in quibus id actum est, præsertim Constātiense, Basiliense, & nouissimum Romanum. Sed adeo nihil absolutum est, vt semper res ad deteriora sit prolapsa. Neq; eiusmodi concilia quicq; profunt, postq; Romanensis prudentia hoc inuentum commēta est, vt prius reges & principes iuramento adigantur, se ipsos permissuros incolumes & possidere vt sunt vt possident. Ita veluti obice opposito, ad resistendum omnibus reformationibus, & ad conseruandam tuendamq; tutelam & licētiam omnium improbitatum. Quamuis eiusmodi iuramentum contra deum & iura visactum, sancto spiritui, qui concilijs præesse dicitur, viam præcludit. Verum hoc fuerit optimum, idq; vnicū quod sit reliquum, si reges, principes, nobilitas, ciuitates, & vniuersitates, perseferem aggressæ, hoc agerent, vt episcopi, & sacri siue spirituales, sibi nūc timentes, occasione haberent sequendi. Hic enim nihil aliud spectandum est, quam prima dei præcepta, contra quæ neq; Roma, neq; cœlum, neq; terra, quicq; vel inhibere vel præcipere potest. Nec quippiam momenti est vel in anathemate, vel in minis, quibus conantur id ipsum impedire. Quemadmodum nihil impediat, si pater filios vehemens ter commineatur filio ipsum vel cohibenti vel capienti.

## DVODECIMO.

¶ Tertium opus huius præcepti est, tēporali siue seculari potestati obedire. Sicut Pau. ad Ro. 13. & ad Titum. 1. docet, & S. Petrus. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanę creaturę propter deū, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus tanq; ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero benefactorum. Temporalis autem siue secularis potestatis opus est, populares siue subiectos defendere, furta, rapinas, adulteria, punire. Vt dicit S. Paulus ad Ro. 13. Non enim potestas sine causâ gladium portat. Nam dei minister est, malis ad timorē, bonis vero in bonum. Hic ergo duobus modis peccatur. Primo, quando secularis potestas vel mēdacio vel fraude vel infidelitate offenditur, quādo ei quicq; mandanti vel præcipienti non obtemperatur, siue corpore siue opib. id fiat. Nam quamuis iniusta facientibus, vt rex Babylonie filijs Israel faciebat, tamen vult deus obedientiam prestari, sine omni fraude & dolo malo. Secundo quando eis detrahitur, & vbi vlcisci nequeas eos, obmurmurando vel malis verbis siue aperte siue clanculum offendere. In quibus omnibus a nobis spectandum est, quod S. Petrus spectari iubet, præsertim eorum potestatem animabus nostris obesse non posse, sed tantū corpori & opibus, Nisi publice cogere vellent vel contra deū

H ij

Concilia  
Papistica vis  
de quomō  
obstrinxerūt  
principes.

Temporalis  
potestas, gla  
dij adminis  
tratio non  
obest aniæ.